

quilla, que Cœlum facit beatum, ibi non regnaret, si alia voluntas præter Dei voluntatem ibi reperiretur. Car ego cor nostrum, quod hic in terribi nostram re-

quem ac Paradisum facere possit, efficit nostrum supplicium, atque infernum? Quia propria voluntas dominatur in nobis. P. Segneri in Medicamentibus.

O C C A S I O .

Fuga occasionum Peccati, occasio proxima, & Remota.

M O N I T U M .



De occasionum peccati fuga sermo incidit pluribus aliis in argumentis, cum quibus hæc nos variorem habet solam, verum etiam quorum partem constituit. Tale argumentum est tentationum, cum in illas non quiescat labitur: rationes, propter quas eas fugere, & ab illis recedere cogitur: scilicet prætextus, qui afferuntur ad probandam assertam necessitatem in illis versandi, & vincula, que non solum nos illinc evadere. Videbuntur consiliarius occasionum exitus fuisse, & usitati; reperitur denique, quidquid pertinet ad hoc argumentum, quatenus secundum ab aliis, cum quibus nexum habet, sensim posse pertrahari.

ratione illi consulti poterunt, hoc enim in loco agimus tantum de occasione peccati generatim, quin ad aliquam peculiariter descendamus.

In hac collectione invenitur periculum, cui sese obicit, qui has occasiones inquit, vel qui ab illis non recedit; cum in illas non quiescat labitur: rationes, propter quas eas fugere, & ab illis recedere cogitur: scilicet prætextus, qui afferuntur ad probandam assertam necessitatem in illis versandi, & vincula, que non solum nos illinc evadere. Videbuntur consiliarius occasionum exitus fuisse, & usitati; reperitur denique, quidquid pertinet ad hoc argumentum, quatenus secundum ab aliis, cum quibus nexum habet, sensim posse pertrahari.

Cavendum est solum, ne nimis profertur hoc argumentum generalis afferende decisiones, vel in omnibus proximam occasionem censendo eam, que in aliquibus remota solum est. Sed omnes hortandi sunt, ut sibi caveant, summamque utantur diligentia, ne qui remota occasio est, proxima fiat.

P A R A G R A P H U S P R I M U S .

Multiplex Concionum hujus Argumenti Synopsis.



Cœcilio alia peccatum est, alia ad peccatum addit; que duo rite distinguenda sunt. Altera quidem omnino fugienda est; contra alteram quam maxima utendam est vigilantia. Hoc duplici in parte concionis ostendi potest.

I. Occasio, que peccatum est, videlicet ubi peccatum committitur, qui sese obicit illi, licet etiam non committeret peccatum illud, cui sese exponit in illam occasionem incurrens, ea est, que proxima dicitur, ac talis censenda est, non quod nos in peccatum pertrahere valeat, sed propter nostram experientiam, qua docti scimus, quotiescumque in illa versamur, eaque sese nobis offert, nos in scelus ruere. **I.** Alea, chœrea, bilares nimium sodalitates, quibus nostra conscientia exprobrante scimus nunquam nos aduulisse, quin vulnus aliquod recipere. **2.** Propter nostram infirmitatem, affectiones, studia, ibi periculum esse videmus; etas, ingeniumque nostrum facile patent iis impremissionibus, quas objecta illa in nobis efficere possunt. **3.** Hæc debent esse occasiones ille, quibus nosmet ultro obijcimus, quas data opera inquirimus, non quas nobis fors obicit, & in quas incidimus. **1.** Quod magis adhuc necessarium esset, si hæc occasio, in quam inficimus incidimus, esset proxima; tunc enim, licet in illam incidens non peccasset, permanens in eadem peccaret. At enim hinc intendendum est, omnibus hominum generibus mundum esse relinquendum, ac solitariam vitam ducendam. Hoc quidem tutissimum esset; sed hæc a nobis perfectionem non exigit Deus; nisi tamen aliter saluti tue consulere vales; & hæc tantum via est, qua peccatum vitare possis, hæc necessario tibi esset ingredienda. **2.** Saltem in remotis hujusmodi occasionibus vigilantia, ac diligentia utendum est contra pericula, quibus tua te obicit conditio, evitanda tibi sunt lites, contentiones, fugienda pericula, quibus te tuus obicit sexus, licentia &c. Cujuscumque conditionis vel professionis exitus, pericula vitare debes, que ipse tua doctus experientia cognoscet, & nisi tibi statum mutare liceat, ac necessitas in eo te permanere cogit, contra has occasiones tibi quam diligentissime præcavendum est. **3.** Denique si nequis vitare pericula, & occasiones, qua insolubilibus vinculis adstringeris, fidem tuam Deo testari debes, & hujusmodi occasiones spectare tamquam patientie tue pericula, que facit Deus &c.

non esse occasiones censebitis recessus, ubi solus cum sola colloquatur, familiares personarum sexus diversi consuetudines, necessitudines, hilaritates? Quid? auri amore capti proximam nequaquam esse occasionem putabitis officium illud quasiuofum, ubi publica pecunie vobis erunt exigenda? Vos, qui ad iracundiam faciles estis, & ulionis cupidum cum contentiosis habere commercia &c.

Pars altera. Altera occasio est, que peccatum quidem non est, sed nihilominus est occasio peccati: semper enim aliqua est falsum remota ostentio, que contra Deum committitur, causa, & abstrahendo sunt ne ille proxima, ac remota occasiones, voluntarie, an secus, satis est periculosa esse, ut ab illis recedere teneamur, ubi earum periculum intelligimus. Exempli gratia minus illud aggrederis, quod tibi sæpe occasionem præbet iracundia, vel religionis tue officia non perfolvendi. Occasio hæc neque conquisita, neque proxima est; est tamen periculosa, ac satis, ut eam fugere, atque recedere tenearis ab officio, societate, domo, ubi frequentes habes Deum laedendi, modo hæc, modo illa ratione occasiones: ideo nihil tibi præterminandum est, ut ex hac occasione egrediaris.

1. Quod magis adhuc necessarium esset, si hæc occasio, in quam inficimus incidimus, esset proxima; tunc enim, licet in illam incidens non peccasset, permanens in eadem peccaret. At enim hinc intendendum est, omnibus hominum generibus mundum esse relinquendum, ac solitariam vitam ducendam. Hoc quidem tutissimum esset; sed hæc a nobis perfectionem non exigit Deus; nisi tamen aliter saluti tue consulere vales; & hæc tantum via est, qua peccatum vitare possis, hæc necessario tibi esset ingredienda. **2.** Saltem in remotis hujusmodi occasionibus vigilantia, ac diligentia utendum est contra pericula, quibus tua te obicit conditio, evitanda tibi sunt lites, contentiones, fugienda pericula, quibus te tuus obicit sexus, licentia &c. Cujuscumque conditionis vel professionis exitus, pericula vitare debes, que ipse tua doctus experientia cognoscet, & nisi tibi statum mutare liceat, ac necessitas in eo te permanere cogit, contra has occasiones tibi quam diligentissime præcavendum est. **3.** Denique si nequis vitare pericula, & occasiones, qua insolubilibus vinculis adstringeris, fidem tuam Deo testari debes, & hujusmodi occasiones spectare tamquam patientie tue pericula, que facit Deus &c.

1. Quod magis adhuc necessarium esset, si hæc occasio, in quam inficimus incidimus, esset proxima; tunc enim, licet in illam incidens non peccasset, permanens in eadem peccaret. At enim hinc intendendum est, omnibus hominum generibus mundum esse relinquendum, ac solitariam vitam ducendam. Hoc quidem tutissimum esset; sed hæc a nobis perfectionem non exigit Deus; nisi tamen aliter saluti tue consulere vales; & hæc tantum via est, qua peccatum vitare possis, hæc necessario tibi esset ingredienda. **2.** Saltem in remotis hujusmodi occasionibus vigilantia, ac diligentia utendum est contra pericula, quibus tua te obicit conditio, evitanda tibi sunt lites, contentiones, fugienda pericula, quibus te tuus obicit sexus, licentia &c. Cujuscumque conditionis vel professionis exitus, pericula vitare debes, que ipse tua doctus experientia cognoscet, & nisi tibi statum mutare liceat, ac necessitas in eo te permanere cogit, contra has occasiones tibi quam diligentissime præcavendum est. **3.** Denique si nequis vitare pericula, & occasiones, qua insolubilibus vinculis adstringeris, fidem tuam Deo testari debes, & hujusmodi occasiones spectare tamquam patientie tue pericula, que facit Deus &c.

1. Quod magis adhuc necessarium esset, si hæc occasio, in quam inficimus incidimus, esset proxima; tunc enim, licet in illam incidens non peccasset, permanens in eadem peccaret. At enim hinc intendendum est, omnibus hominum generibus mundum esse relinquendum, ac solitariam vitam ducendam. Hoc quidem tutissimum esset; sed hæc a nobis perfectionem non exigit Deus; nisi tamen aliter saluti tue consulere vales; & hæc tantum via est, qua peccatum vitare possis, hæc necessario tibi esset ingredienda. **2.** Saltem in remotis hujusmodi occasionibus vigilantia, ac diligentia utendum est contra pericula, quibus tua te obicit conditio, evitanda tibi sunt lites, contentiones, fugienda pericula, quibus te tuus obicit sexus, licentia &c. Cujuscumque conditionis vel professionis exitus, pericula vitare debes, que ipse tua doctus experientia cognoscet, & nisi tibi statum mutare liceat, ac necessitas in eo te permanere cogit, contra has occasiones tibi quam diligentissime præcavendum est. **3.** Denique si nequis vitare pericula, & occasiones, qua insolubilibus vinculis adstringeris, fidem tuam Deo testari debes, & hujusmodi occasiones spectare tamquam patientie tue pericula, que facit Deus &c.

1. Quod magis adhuc necessarium esset, si hæc occasio, in quam inficimus incidimus, esset proxima; tunc enim, licet in illam incidens non peccasset, permanens in eadem peccaret. At enim hinc intendendum est, omnibus hominum generibus mundum esse relinquendum, ac solitariam vitam ducendam. Hoc quidem tutissimum esset; sed hæc a nobis perfectionem non exigit Deus; nisi tamen aliter saluti tue consulere vales; & hæc tantum via est, qua peccatum vitare possis, hæc necessario tibi esset ingredienda. **2.** Saltem in remotis hujusmodi occasionibus vigilantia, ac diligentia utendum est contra pericula, quibus tua te obicit conditio, evitanda tibi sunt lites, contentiones, fugienda pericula, quibus te tuus obicit sexus, licentia &c. Cujuscumque conditionis vel professionis exitus, pericula vitare debes, que ipse tua doctus experientia cognoscet, & nisi tibi statum mutare liceat, ac necessitas in eo te permanere cogit, contra has occasiones tibi quam diligentissime præcavendum est. **3.** Denique si nequis vitare pericula, & occasiones, qua insolubilibus vinculis adstringeris, fidem tuam Deo testari debes, & hujusmodi occasiones spectare tamquam patientie tue pericula, que facit Deus &c.

Cum

II. Cum duplex sit occasio, & altera remota sit, altera proxima, ita duplicem statuo propositionem. Prior est; remota occasio, cum voluntaria est, quantum fieri potest, est evitanda. Posterior, que primum ex proxima occasione egrediendum est, quamvis non ultro in illam incidimus.

1. Ipsa etiam occasio remota vitanda est, cum necessario in eadem versari debeamus propter conditionem status, in quo Deus nasci nos voluit, & in quo nos providentia constituit; alioquin peribimus. In ordine providentiæ Deus nobis suum spondendū auxilium in iis periculis, que ipsi nequaquam quæsimus, non autem in illis, quibus nosmetipsos obijcimus. Sæpe gratias obtemus ad id, ut evitemus occasionem. Deus fidem suam præstat, quandoquidem pollicitus est se nobis auxilium allaturum in periculis, que sese nobis obtulerint, vel in que ipse nos adduxerit; promissam fidem solvet; verum cum sponderit etiam festos derelicturum, cum temere nosmet periculis obijcimus, hæc quoque in se solvet demum: utrumque enim potest illi: *Fidelis Deus &c.* De occasione proxima pergillatim. Postquam explicatum fuerit, quid sit, dicendum est, eam omnino esse defendendam, & ne id faciamus, quæ ipsi impossibilitate excusari nos posse. Quod si dixeris, nequaquam licere statum, ubi es, desistere; tunc ajo, hæc impossibilitate rei naturam mutari, atque illius superande gratiam te affecturum, dummodo ad id omnes nervos intendas. Sin autem potes necessitudinem cum hac vel illa infringere, & ex occasione emergere, tunc teneris. Hic explicanda sunt Salvatoris verba: *Si oculus tuus scandalizat te, si pes, si manus &c.* Matth. 5. & Marc. 9. Hæc varia sunt occasio generata; alia circa nos sunt, alia ipsi inquirimus, alias nos ipsi nobis facimus.

III. Qui peccati occasionem querit, passim peccat. Veritas hujus probationes ex tribus rebus desumo. **1.** Ex infirmitate occasionem querentis: ideo prohibuit Deus occasionem peccati, non sicut ac ipsum peccatum, & vult in oratione dominicali ab ipso petamus, ne permittat, ut nosmet tentationi obijciamus. **2.** Ex vi, quam in nos habent inimici nostri. Cum nosmet obijcimus occasio, jam prevalent nobis; & nos jam sensitivissimi sumus affectu illo, propter quem nosmet obijcimus. **3.** Ex iustitia Dei deferentis eum; qui occasionem inquit. *Ex Speciminibus sermonum pro Quadragesima tertio.*

IV. Christiana vigilantia necessaria est ad periculosas occasiones seu proximas, seu remotas evitandas, & ne ultro nosmet illis exponamus. **2.** Vis, & fortitudo requiritur, ut inde egrediamur, cum illas nil tale opinantes offendimus. Que si vigilantia, & fortitudo defuerint, peribimus, hoc est certissime peccabimus. **V.** Deus nunquam præsidium suum auferit nobis in iis occasioibus, & peccandi periculis, que illius providentia disponente, vel ipso jubente, subijcimus; que illis palam pollicitus est: *Fidelis Deus, qui non periturum tenari nos supra id quod prescipit.* **2.** Deus certissime nosmet ipsos, viribusque nostris nos tradet in iis occasioibus, que ipsi quæsimus, vel in quas nosmet temere coniecerimus. **VI.** Occasio peccati semper est periculosa, tunc etiam cum illam neque providimus, neque quæsimus, sed multo magis, cum nosmet eidem obijcimus & periculi magnitudinem, & nostram infirmitatem; atque sese illi obijcere, noxa est. **2.** Nullus nos cogit prætextus, ut ultro occasiones queramus, & nulla nosmet dispensare potest excusatio, ne inde egrediamur, statim ac & periculum agnoscamus, & egredi licet. **VII.** Magna præsumptio est, sese ultro peccati occasionibus exponere: mereamur a Deo nosmet nobis derelinqui, ut propria experientia docti nosmet agnoscamus, neque alias adeo simus temerarii. **2.** Extrema imprudentia est velle permanere in occasione, ubi illius periculum agnovimus, in quod per negligentiam offendimus; hoc enim est suum amare periculum. **VIII.** Sese ultro peccati occasionibus obijcere, indicio est peccati velle, peccatum in odio non haberi; Dei timorem abesse, conscientiam stimulos suffocatos esse. **2.** In peccati occasione permanere, cum relinqui potest, est in excitatione decidere, malum, in quo sumus, & illud, cui nos obijcimus, æternum præiudici ignorare. **IX.** Homines fragiles sunt, eisdem scio: labendi in peccatum pericula presentia sunt; non desunt effusi in toto mundo, in statibus, & conditionibus omnibus laquei hoc mihi falsi, superque liquet. Hinc plures fuerunt, se in criminibus suis esse excusabiles: que conclusio, vel excusatio legitima non est: quamvis enim periculis obnoxius, & fragilis es, validissimum habes contra tuam fragilitatem remedium,

quo periculum vitare possis, fugam videlicet occasionum.

1. Iustus es? fuge occasionem, & semper fortis eris. **2.** Peccator es? fuge occasionem, tuaque cessabit infirmitas. Iusti, cavete, ne vestras atteratis vires occasiones querendo: Peccatores, cavete, ne vestram augentis infirmitatem occasioibus vosmet obijcendo. Si in gratia statu estis; occasio vos inde deturbabit: hæc prima pars est; sin autem in statu peccati prohibebit occasio, ne inde confurgatis; hæc pars altera, & concionis partitio.

Tres varias occasioum species deprehendo. Quædam remota sunt, sed inevitabiles, & necessaria. Quædam proxima, sed libera, & voluntaria. Quædam mere inopinata, & fortuita, in quibus nosmet reperimus fortuito, & quin ad id animum adverterimus. Primæ sunt tentationes, quas in qualibet conditione vitare non possumus; invisibiles laquei, quos ubique diaboli possunt, ut nos in peccatum pertraheret. Voluntaria occasiones illa sunt, quas ipsi inquirimus, & quibus libera, & consulto nosmet scientes, & volentes obijcimus, quasvis propria docti experientia earum periculum agnovimus. Postremæ tandem illæ sunt, que sese nobis fortuito offerunt, & quibus ipsi nihil cause præbimus. Quid ergo triplici hæc in occasione Christiano faciendum est?

1. Primis, que suo adhærent statui, quamvis procul videantur a Dei ledendi periculo, fidere non debet. **2.** Secundas, que sunt proxima, & voluntaria, & quibus sæpe lethalia recepti vulnera, omnino relinquere debet, quin ulla ratio, vel necessitas, vel utilitas illum impellat, ut ibi permaneat, vel eo revertatur. **3.** Postremis opponere debet jugem solertiam, & vigilantiam.

1. Peccati occasiones querere est inimicis suis maxime vires præbere. **2.** Se ipsum infirmare, viresque suas mirum in modum minuire. **3.** Se ipsum fraudare auxilio, quod a Deo poterat expectari. *Ex Distinctione moralis.*

1. Occasionem peccati conquirere, vel in illis morari, ubi earum periculum deprehensum fuit, est injuriam facere providentiæ: **2.** Dei misericordiam reculare, & abijcere, eique insultare: **3.** iustitiam ejus provocare. *Idem.*

Dua valida rationes, Sanctus Thomas ait, nos cogunt, ut incessanter peccati occasionem fugiamus. **1.** Prima est, quia satis virium non habemus, ut resistamus illecebris peccati, quas nobis offert occasio. Altera est, quia licet vires, atque constantiam nostram aliquando fuissimus experti, nequaquam certi esse possumus nos semper æque fortes futuros, ut minime superemus: nimis enim funesta docti experientia didicimus, nos in occasione semper infirmos esse. *Ex Speciminibus sermonum.*

Duo principia concurrere debent in victoria, quam de peccato reportamus, atque in nostra sanctificatione; Dei videlicet gratia, & nos ipsi. Opus est, ut Deus nobis optuletur, utque nosmet ipsos tueamur; at, si ultro nosmet occasioibus obijcimus. **1.** Deus nobis rennet auxilium: **2.** nosmetipsi nos tueri non poterimus, ideoque certissime superabimur. *Brevit. sermonum pro feria tertia post quintam Quadragesime Dominicam.*

1. Ut vera, sinceraque conversio fiat, omnino relinquenda est occasio peccati, alioquin penitentia nostra fallax est, & illusoria. **2.** Ut gratia fervetur, & in ea perseveretur, vera, & efficax ratio est: peccati occasione recedere.

1. Quicumque ultro sese obijcit occasione peccati, nullum a Deo expectare potest subsidium: illius enim monita, minasque aspernatus, auxilium ejusdem se præbet indignum. **2.** Temerarius, qui hoc pacto in occasionem se conjicit, omnia a semetipso debet meture, quia nunquam infirmior est, quam in hujusmodi occasioibus. *Auctor sermonum in omnia Ethica Christiana argumenta in Dominicam, sermone pro Dominica Quadragesima.*

Si manus tua, vel pes tuus scandalizat te, abscinde eum, & præcepe ab se. **1.** Dico primum, hæc Salvatoris verba explicatum continere præceptum ab omni peccati occasione recedendi. **2.** Nobis ostendunt quomodo procedere debeat vis, quam nosmet debemus inferre, cum agitur de fugiendis funestis occasioibus, que nos ad peccatum impellunt. **3.** Explicat fortes, validasque rationes, propter quas Dei Filii salutarem legem hanc irrogavit. *Lamberti, homilia in diem festum Sancti Michaelis.*

1. Iustus in occasioibus sit peccator, nisi quam primum inde egrediat. **2.** Peccator impoenitens sit, & in peccato obstinatus, nisi occasionem relinquat. **3.** Qui

gatorum commercia, ubi celeris? presentisque lucri spes excitat cupiditatem. Illic ignis accenditur, appetitus irritatur, corrupta natura expurgatur; illic, ut me verbo expediam, infernus, & peccatum late omnia deficiant. Ibi enim tot inter oppugnationes, undique peccatus, intus, & extra sceleribus nihil habens pro te, contra te omnia, atque in omnes, que tibi fruantur, incidens laqueos, quomodo periculum propulsi? *idem.*

At enim labitur, quia fragiles fumus, & quis nimis vehementes sunt effectus, quos vix, & ne vix quidem conficere valeamus. At nonne hoc ipsum vestram damnationem confirmat? Si enim hoc ipsi intellegitis, si famem vestram infirmatam, aciem in vobis esse inclinationem in malum, omnia, que vestris accidunt oculis, sensus vestros afficere, vos cupiditibus vestris relati, atque illis dominari non possit: cur ergo ipsis vires vestras minuere? Cur parum salubud, quod superest, virum extinguere? Cur faveitis studiis, que vos in peccatum trahunt, cur novas illis alimenta praeberis? Cur sensibus habenas laxatis? Cur finitis, illos elabi, ac deerrare, quin eos sub iugo coercetis, iisque frenum, quo cohibeantur, immittatis? Nenne iure maximo demandi estis, cum vomite in malum adeo propos esse sentientes, magis adhuc fovetis vitiosa illa studia, que dominantur in vobis, novaque ministratis escam igni, qui vos absumit? *idem.*

Ad pravum hunc habitum, qui vos in peccatum trahit, infringendum recedendum est a lubrico, ubi estis; relinquenda est occasio, ac sine mora inde emergendum est: surge velociter, quemadmodum Sancto Petro Angelus inquit. Procrastinandum non est; quo magis nelectur mora, eo magis a Deo vos amovebit occasio: surge velociter. Vestra salus agitur; pro salute nulla vis est, quam vobismetipsis iniicere non debeatis, licet ea, que nobis charissima sunt, imponenda essent, licet reum emalum perferenda esset iactura. Quisquid hoc sit, ex quo vobis factam est lapis offensio, & petra scandali, statim vobis esse debet execrationis obiectum. At enim hac necessitate jam pridem coaluit, licet millies archiboribus vinculis esset conficta, infringenda est. At enim inde mea pendet fortuna; licet de me nullus mihi in omne vita me spectum erit amplius voluptas: licet nulla esset futura, licet inter abditissimi recessus scelerum recedere, & videntes adhuc vomitibus felle cogemini, ubi de salute vestra res est, nihil est pretermittendum. *idem.*

Sibi persuadere necessarium esse occasionem, cum sit mere voluntaria, illusio est. Quid enim vulgatus in mundo est, quam sese excusare ab istis necessitatibus cavendo, que tales non sunt, nisi quia mundus eas pro talibus nobis obtrudit, & quia amor proprius efficit, ut tales nobis videantur? Eo in statu, gradu, conditione sum, inquit, ubi facere nequeo, quin videam, & videar, ultro citroque visitationes recipiam: qua enim in re tempus traducere possem? Eo in munere, ac officio sum, ubi necessario huiusmodi negotia mihi sunt transigenda, quamvis difficilia sint, & conscientia mea paritatis pericula. Esto qui tem in mundi lucem volnet proferre opus est, aliquid solatum capere; & facere non potestis, quominus in aliorum oculo, & societate versemini; verum nullane in his rebus servanda sunt regulae, nullus modus habendus? Si genus, conditio, status vestri quibusdam profusus honoris, meraque urbanitatis visitationibus vos implicat; que necessitas est, ut hoc urbanitatis prae-textu omnino societatum esse, omniumque visitationum genus obire velitis; ut domi vestrae omnia mortalium genera, omnium aetatum, omniumque sexuum excipiat, ut omnibus voluptatum catibus, spectaculis, ludicis omnibus, atque deambulationibus interesse gaudeatis; ut in id maxime incumbatis, ut praeceteris emicetis; ut in omni occasione prodeatis, & situat; que necessitas est, ex pluribus societatis am praesere, que licentiar est, ac in omnem libidinem effusio, que vestram vanitatem, amorem proprium, ac molliem palpat, atque ex omnibus oblectamentis ea semper eligit, que vobis exhibent obiecta gratiosa, & periculosa, quibus oculi vestri capiuntur, & cor vestrum vulneratur? Que necessitas semper cum illis versari, qui vobis placent, & qui vobis placere desideratis? Que necessitas atrahere, ac ferre societatem, audire impus flagitiosorum quorumdam colloquia, qui inertes sunt, quibus nullum negotium est, & qui vobis labem suam possunt adferre? *Ex sermone b. Basilii sermone huius argumenti.*

Si quis vobis exhibere vel periculum, in quo estis, & malum, in quo habet proxime occasiones vos precipites agunt; hac esse dicitis vana terriculamenta, quibus Confessarii, vel Concionatores vobis formidinem studere iniicere. Quid? Occasionem proximam non ceteris visitationes parentum vigilantie clanculum sus-reptas, elandinos occurus utriusque partis consensu constitutos, in quibus affectus sese magis promit, ac nullis coercetur habentibus, ubi virtus nimis infirma nullo propugnaculo, elypeve protecta hosti patet? Proximam non dicitis occasionem familiares, liberaeque conversationes, ubi exillide furtiva inveniunt consilia, ubi cor ove eloquentis fexcentis se explicat modis, omnibusque sensibus utitur, ut suos affectus significet? Proximam non putatis, ut suos affectus significet? Proximam non putatis occasionem metae chiro-graphae, quibus fovetur amor, & cor fese libera pro-dit; Proximam; non arbitramini occasionem secreta illa, que habetis commercia, namque criminofam ducitis occasionem sub aemulo testio velle affectionem vestram alere obiectum? Ne vehementer erratis: Exi-te de medio carnis, & separamini, dicit Dominus. a. ad Cor. 6. Separatio, divortium, integra separatio, prom- ptum divortium: hoc vobis imperat Dominus; re-linquitte nefarium illud obiectum, ab illo recedite, illud a vobis procul amovete; alioquin Dei legem infringitis, ac reprobationem vestram confirmatis. *idem.*

Illud quoque est, occasionem non esse pro omni-bus proximam, & periculum nobis non imminere, sicuti aliis quamplurimis, tunc etiam cum pro nobis sit gravior. Hinc non aliud responderet volo, quod quod tibi responderetur, si diceret: quodam alimena his, & illis, quos novi, nocua sunt, cur & mihi non sunt? Diceret, temperantia esse diversa: quod uni obest, alteri prodest. Hoc ipsum tibi respondeo: ita de peccati occasione iudicandum est; si stieri peccatum non est, pro te est; anima enim tua affectiones ab illius affectionibus discrepant; tu natus es cum hoc ingenio, studio, habitu, quem ille non habet, & qui tibi periculofum id facit, quod ille ne afficiat quidem. Ne re-putes ergo quid huic, vel illi, sed quid tibi sit proli proli huius seculi coetus, in quibus summa cura de-ponitur, quidquid magis nitet in ornatibus, quid-quid magis magnificentum est in vestibus, quidquid magis exquiritum est in corporis cultu, & ubi omnia, que circumstant, te animant, ac tentant. Cogita, quid sint nature adeo tenera, qualis tua est, amatorie fabulae, quas vide legis, & que mentem fexcentis obscenis imaginibus replent, que unico verbo locum praebent fexcentis imperiis cogitationibus, que unico facto cal-lidius instituo omnem tibi delineat artem, in qua fortasse facis, superque versatus es, & quam nunquam satis oblivisti potes. Hac omnia nonne tibi sunt proxima occasio? *idem.*

Namquam majori eum periculo ad peccandum praes- tio sumus, quam in occasione; tunc obiectum magis, ac praecipuus afflicti sensus. Nulla re magis irritatur affectus, quam obiecti praesentia, quia unus tantum superest gradus, ut explatur; eumque unus tantum reliquis gradus est, iam nullum fere dubium est, quominus fiat, tunc vero praesertim, cum naturalis ad id non proclivitas trahit. Igitur si huic proclivitati, ac naturali studio accesserit occasio, non diu hereditaque, & quamprimum crudelium hunc proferes gradum, qui cum voluptate ducit in interitum. *idem.*

At enim si omnis occasio fugienda est, omne igitur tibi cum mundo commercium est interdicendum, at- que cum nomine versandum est. O te beatum, si tan-ta animam tuam penderes, ut hoc praetio peccem illius redimeres, atque omnia vincula inutilia aequae, ac pe- riculosa infringeres? Seecedendum igitur est, addis, in solitudinem, ac ita vivendum, ac si solus essem in mundo. O te beatum, ac millies beatum, si egre-gium hoc intras consilium, ac illud constanter ex- pleres! Hoc si faceres, id tantum faceres, quod te generosi fideles praesertierunt, qui aequae, ac tu, fa- lutem suam operari debebant, & qui non aliam, ac tu, inite viam tenebantur. Horrida defertorum imago, vastarum solitudinum caeca silentia, durissime so-litariae vitae austeritates, illos non deterruerunt, neque remorate sunt, ex quo illas tanquam portum specta-runt, tutumque persequunt, ubi conscientia sua inte-gritati consulere. Dicamne? Maluerunt inter feras in cavis rupibus vivere, quam inter homines in man-do versari, ex quo considerant fieri posse, ut cor- ruptorum mortalium consuetudo illos Dei sui privaret adspectu. . . . Verum non ita; non queritur, ut omnia abdicet, ut fortunas, honores, uxorem, filios, agros, domoque relinquas, sed tantum ut prudentius, & cautiis vivas; non ut egrediaris ex ma-

Remota pas- sin creditur occasio, que proxima.

Nobis perfas- demus id, quod pro illis sit proxima occasio et non esse pro ao- bi.

Namquam ad peccandum praetiores sit- mus, quam in occasione.

Ad omnem occasionem fugiendam ne- cesse est a mundo recedere.

mando, ut coneris agnoscere, quidquid in eo malum est, non illius contagione fœderis; ut periculofas oc- casiones evites, que tibi sunt vel peccata, vel cau- sa peccati. *idem.*

Similis es, Sanctus Chrysolomus inquit, ligno ari- do, & sulphurato, ac te ipsum in flammis, pranaeque conijcis? Nolli, te adeo facile mundi contagione cor- rupti, ac semper in eodem versaris? Oblitus ne es illud Spiritus Sancti verbum: Qui amat periculum, peribit in illo? Eccl. 3. Verbum, quod unum satis est, ut omnia spectacula, omneque profani coetus dam- nentur; quoniam in his omnibus non occultum adest periculum, & omnium Theologorum sententia statu- tam est peccare, qui sese obijcit peccandi periculo. Fuge igitur quascumque occasiones, praesertim vero si ulla tibi est periculofa societas, aut visitatio. Fuge factum hunc scopulum; quamvis persona esset tibi oculis tuis charior, si tibi scandali occasio est, sta- tim est deserenda. Tentationes praevenienda sunt fuga obiectorum, que illas nobis ciere possunt, & occasio- num, in quibus labendi periculum adest. Hoc illud saluberrimum consilium est; quod nobis suggerunt Sancti. *Essais de sermons pour la Dimanche, Tome primo Sermon pro prima Quadragesima Dominica.*

Si que tibi chara fut, fuerit lapsus occasio, te- que a viis Domini averterint, omnino ab illis separa- ri debes, quantumvis acerba hac futura sit separatio. Esto quidem, tibi iuvenilissima sit huius amici so- cietas; esto, non mediocrem fortunam speres, postquam diu illa in domo famulatus fueris; esto, hoc officium, & munus necessarium tibi fit ad familiae tue victum; esto, non aliunde tibi suppetat, unde vivas, praeter- quam ex hoc beneficio; si nihilominus hac omnia adeo iucunda, atilia, ac necessaria tibi peccati fuerint oc- casio, atque saluti tuae obicem statuerint, quocumque pretio tibi sunt relinquenda. Utique; relinquenda tibi ea provincia est, ubi inciticia tua, vel nimis brevi le- cupletandi sollicitudine in causa sunt, quod tot in iusti- tias committis; relinquendum hoc beneficium est, cui cura animarum adhaeret, & ubi ignorantiam iugiter in periculo versaris gravissima patrandi mala; relin- quenda illa domus est, quantumvis te opibus cumu- laturum herus pollicetur. Pondera paulisper, Sanctus Chrysolomus inquit, quibus verbis utatur Dominus, ut efficacius inevitabilis huius rei necessitatem ostendat. Non praecipit solum, ut claudamus oculos, ut manibus manus, pedibusque pedes constringamus; vult hanc amputari manum, abscindi pedem, oculum erui, ut innat nullum praetermittendum esse laborem, nul- lum non excrucium esse contactum, ut omnino pecca- ti occasionem fugiamus. *La Fente, Sermon pro tertia Quadragesima Dominica.*

Ex quo temere temet occasionibus implicis, ac im- prudenter periculum provocas, te ipsum Dei ope, & praesidio indignum praebes, & frustra illius imploras auxilium; huiusmodi enim iridet vobis, ac precis re- spondet. Contemnis gratias, quas tibi offert Deus, & que te sollicitant, ne amplius ad suspectum accedas locum, ubi toties lapsus es; & post primam hanc gratiam per summum nefas contempnam putas ipsum tibi elargitur alteram, quo in periculis invitus, & contra mi- nicorum tela invulnerabilis fias, existique, ut te ser- vaturum miraculo operetur? Dicse, Sanctus Cypria- nus ait, Deum in gratiarum suarum distributione ne- quaquam nostram sequi libidinem; ordinem quippe con- stituit, a quo non recedit. Quem vero putas hunc or- dinem esse, quem Deus in gratiarum suarum dispen- satione tuetur? Prima, quam Deus elargitur, gratia est horror cujuslibet occasionis peccati, & averio ab omnibus periculis, quas hoc obijcit peccando. Si fidelem te huic gratiae praesertier, si, uti opus est, hac usus fueris, impertiet ille tibi recentes gratias, quarum praesidio invitus evadas. Hic ordo est, quem Deus sua sapientia constituit: atamen quid illi fa- ciunt, qui ultro sese occasionibus obijciunt? Ordinem hunc everunt, ut alterum proflus oppositum statuant. Vellent sibi licere illud interesse occasionibus, quas toties adeo sanctas fidei experti sunt, at Deum ibi quocumque vellent adesse ipsos ab interitu vendicaturum. Sed hic abusus est, infamia, illusio, ac frustra id sperant; Deus enim nunquam huiusmodi auxilium promi- dit. *idem.*

Miram! Ubi Confessarius te cogere vult, ut oc- casionem evites, centum falsas rationes affers, centum- que excusationes praetexis, ne id facere tenearis. Si hac egrediar domo, inquis, quo ibo? Quid de me erit? Si hoc mihi officium, professio, magistratus, beneficium relinquendum est, quomodo victum mihi comparabo? ubi nanciscar, unde aliam familiam meam? Heu! cur non tunc in Divina providentia confidis? *Henry Bibl. Tom. III.*

Cur non opem illius praestolaris? Huiusmodi in occa- sione se tibi non desaturam promittit Deus. Utique; si ante cetera fueris aditus, ut omnes amoves obices, qui vetant, ne cum illo redeas in gratiam, spondit ille, se temporalibus quoque negotiis, ac necessitatibus tuis consulaturum: *Quaestio primo regnum Dei, & hinc omnia adjuvantur vobis.* Undenam ergo hac oritur re- rum inversio, ut ibi metas, ubi sperandum est, ibi speres, ubi metuendum? Cur metum pro spe, spem- que pro metu? Cur temet in periculum projiciens ex- pedtas praesidium & opem, quam tibi nunquam recep- pit? Cur metus propter illius amorem hoc munus, hanc professionem reliquens, que eandem ledere cog- geris, quasi victui tuo necessaria defutura sit, post adeo solemnes, probataeque promissiones, quibus te ab iplo nequaquam deserturum tri spondit? Non que- ro, ubi fides tua, ubi confidentia fidei, que in Dei pro- missionibus est habenda; sed ubi ratio est, ubi bonus sensus sperantis auxilium Dei in proximis legis ejus- dem infringente occasione? *idem.*

De prellis, que propter Deum geruntur, idem feren- tiendum non est, ac de illis, que inter homines fiunt. In his fugere pudor est, ac victoriam amittit, qui locum cedit inimico. Sed in bellis Domini, & in spi- ritualibus praesiliis, fuga cum honore conjuncta est, & saepe maxima vincendi ars est, scire vitorum occasio- nes evitare: *Magna composita providentia, Sanctus Cy- prianus ait, ne aliquando virtus, & victoria fiat per timorem.* Providentia compendium est, voluisse, ut me- tus, qui omnium affectionum nostrarum esset infirmifima, virtutis minister esset, & causa triumphi. Non sumus satis fortes, ut inimicos vincamus, sed illos vicimus, quia sumus infirmi. Fuga infirmitatis nos- tra effectus est, sed per compendium Providentiae, que brevis, ac facilis arripit iter, nos servatura; hac fuga quantumvis videatur infirma, est ad vincen- dum omnipotens. Saltem verum est dicere, prudentie opus esse, nosse evitare pericula, sapientium iustarum navarum, qui scite navem detorqueant ac occurus sco- porum, quos nostro frangere nequeunt, & in quos impingere non possunt, quin misere faciant naufragium. *Bonarum Sermones huius argumenti pro Feria tertia post primam Quadragesima Dominica.*

Sanctus Ildoratus Pelusota comparat temerarios, qui occasionibus se obijciunt, homini, qui rapidum tradu- ctus fluvium litre uti nollet, sed nando illo vellet transvadare, atque post nuncupata Deo vota pro incoluntate sese audacter in aquam projiceret. Im- pendens, huic diceret, & audax, quis te prohibet, quo minus eo, quod habes, utaris subfidio? Phae- lum habes, quo tutus fluvium transmittas, cur non uteris illo? Putasne, Deum miracula operari, & ele- menti huius cursum cohibere velle, ut libidini, ac temeritati tuae faveat? Contemnis hoc subfidium, quod tibi suppetit, ut occasionem tendendi Deum nanciscaris; te in periculo deseret, & transitus tuus aequae funestus erit, ac criminofus. Talis est plerorumque fidelium imprudentia, sese in periculofas occasiones conjicere volunt, ac putant futurum, ut a Deo mira- culis eripiantur. Vota etiam, & praesces effundunt, ut illius opem implorent; ac nome in precibus suis ridiculi sunt? Gratiam peunt, ut resistant; & hanc il- lis Deus elargitur eos admonens, ne se occasionibus implicent. *idem.*

Quandonam Christianus amittere incipit primum hor- rorem peccati, quem conceperat? Cum ulro se conijcit in peccandi occasionem, atque consulto illdem sese pe- riculis obijcit, in quibus alias ceciderat, cum illa ite- rum obire incipit, jam non habet amplius averfionem illam, quam in sua poenitentia conceperat; non afficitur amplius iis stimulis, quibus antea urebatur; non fovet amplius constants illud resistendi consilium, ac ita periculo paulatim consuefcit. Pellicetur quidem, se peccatum illud perpetrare nolle, sed non vult ab ea societate recedere, in qua peccati ejusdem oc- casionem invenit. Ubi primum suum sensit inelicitia- tem, in poenitentiae Sacramento illius causas execra- tus est, ac illum perhorruit locum, qui ipsum nocen- tem fecit, & ad aras prolocutus juravit, se non am- plius domum illam ingressurum, in quam paucis post diebus ingreditur non sine ingentibus quidem conscien- tia stimulis, amnoque Deum non ledendi; non multo post illuc redit minori cum horrore, ac tandem ibi fi- ne ullo dolore versatur. Nonne hoc indicium est, il- lum omnem peccati metum, horrorem abijcisse, & omen, illum quam primum relapsurum? *idem.*

Hominis fortitudo, ut peccato resistat, duabus in rebus consistit, primum in horrore peccati, quem concepit; mox in constantia consiliorum, quae il- lius iniiit voluntas. Qui vero sese occasionibus impli- cat,

Occasionem foga Christi- anae prudentiae effectus est.

Imprudentia eorum qui remete se obijciunt oc- casionibus peccati.

Occasionem non evitare figum est peccati hor- rorem eva- nescit.

Quasi est excusatio, di- cte nobis tam propter occa- sionem quam propter infir- mitatem pec- cati.

Ut peccatum vere relinquatur occasio est relinquenda est.

Occasione non est peccatum, sed peccatum est occasio.

Sepe nobis- mepe occasio- nem cum nota voluntaria est.